



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quo se argumento ad pœnitentiam incitat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

Ante enim luxuriose vixerat seu prodigè: nam *αὐτῶν* prodigè viuere dicitur, qui nihil tibi seruat, aut qui est *αὐτῶν* qui ipse seruari non potest. Nec audio eos qui textum corrigunt, ipsi corrigendi. *αὐτῶν* enim Paulus vocat luxuriam, cum ait, *ἐν τῷ οὐρανῷ* esse *αὐτῶν*, in quo est, inquit, luxuria.

§. 4. Contemptui additum supplicium, vt ne filiquas quidem quas porci edebat, acciperet, tantū aberat vt penit illi crederetur: itaq; cū certis horis porcis proicerentur, ipse quoq; tum colligere, & inter porcos edere cogebatur, q̄ vita morte erat intolerabilior.

§. 5. Siliquas alii fabulas, alii Philosophorum doctrinas interpretantur. verum generatim dicendum est hoc simili designari, quā afflictā sit eorū conditio, qui vitis seruiunt, qui in, nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. Siliquas Ambr. fabas, pisā, aliaq; id genus legumina putat. alii non granis, sed vaginis consueuissē vti, Maldonatus ait esse, quas Hispanialgarouas vocant, quas & porci & homines comedunt. Plin. l. 15. 24. grana reuici, vaginas edi. Quod ad legumina attinet, Porci fabis ali solent, est enim quoddam fabarum genus, quod porcinum Germani appellant. Deinde fabarum & pisorum quorundam vaginis vescuntur & homines, etiam delicati.

Κεράσιον Græcis dicitur corniculum, ad eorum similitudinem dicitur siliqua, leguminum folliculus, & arbor, de quā Columella l. de arbor. c. 5. dicitur, & sic fœnum Græcum.

§. 5. De fructu siliquarum accipio illud Iuuen. sat. 11. *Experiēte hodie nunguid pulcherrime dicitur Persice non praesentem viū, nec moribus, & re Sed laudem siliquas occultus ganeo: pulres Corams aliis dicitem puero, sed in aure placetas.* Siliqua est arbor Plin. l. 13. Quin & Persius *Inuigilat siliquis, & grandi pasta polentā.*

VERSVS 17.

In se autem reuersus dixit: Quanti mercenarii in domo Patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereō.

QUESTIO I.

Quo se argumento ad penitentiam incitat?

§. 1. **I**n se reuersus est, seq; ac suam miseriam considerans, gratiā donat: non. n. sine Dei gratiā ad penitentē in iā peruenit. Quos, inquit, *mercenarii abundant pane, ego fame pereō?* In domo, alia omittunt, alia ponunt, Sixtina editio retinet & Syra, sed Græca non habent. *ἐν τῷ οὐρανῷ ἀποδύουμαι.* Ego vero fame pereō: quæ dā exemplaria intericiunt *ἐν τῷ οὐρανῷ*. Ita Latinus & Syrus textus.

§. 2. Timor salutaris, quia inquit fame morior. Gradatio igitur illa est: consideratio pristinæ felicitatis, & ei⁹ cum præsentī miserīā collatio. Deinde timor mortis ex fame. Tertio, spes, si nō veniā, saltē melioris status. Quarto, dolor, verecundia de peccatis, & deprecatio.

VERSVS 18.

Surgam & ibi ad Patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cælum & coram te.

QUESTIO I.

Quid inter Patrem & Filium actum?

§. 1. **P**eccaui in cælum, & in te. Confessione eum & sui accusatione aggressus est. In cælum hoc est contra Deum.

§. 2. Fac me sicut vnum ex mercenariis tuis, non ita sunt ista comparanda, quasi iusti sint aut esse velint mercenarii, f. ultraq; laborant, qui ista & exponunt. Sed ille sensus est. Filius nobilis statum deteriorē fuisse, quam mercenariorum, qui in domo patris erant, ideoq; ad eum se aspirare, vt filius diceretur, non iam postulare. Mercenarii conditione contentum ait: nam impudens petitio videri posset, si in pristinum statum, tanquam filius recipi postuleret, ideo tanquam hæres, cum hæreditatem iam comesset.

Ita quoq; qui florentissima conditione demum seruiunt, miseres sunt, quibuslibet filiis Dei etiam in hac vita. Martyres in carcere, & in equuleo gaudio abundant, improbi in rosa curis pungentibus lancinantur. Verum hic tantum ostenditur patris benignitas, qui filio propriā sententiā damnato, tam propitiū fuit. Quod ait in cælum peccasse, habitatores cæli inrelligit.

§. 3. Vidit eum cum à longè esset, & miserabili specie, macilentiaq; pannosum, verecundantē manere. Quis enim tam miserabilis adolescentis non misereretur, aut quis misereri debuit, nisi pater? Maior Dei est in peccatores bonitas, Ita. 65. 42. *antequam clamant ego excaudiam.* Misericordia patris certat cum filij modestia. *Non sum,* inquit, *dignus vocari filium tuum, sed f. c. me sicut vnum ex mercenariis tuis.*

VERSVS 26.

Et vocauit vnum de seruis & interrogauit, quid hac essent.

§. 1. **Q**uædam Græca habent, *τῷ πατρὶ δὲ τῶν* puerorum seruorum. Sed ex margine in textum irrepsit. Et illud notandum v. 21. *ἡ ἐκ ἐν ἡμῶν* & *ἐν* particulam *ἐν* multa omittunt, Syrus addit, correcta omittit.

§. 2. Iubet dari vestem & anulum ingenitatis insignia. Græcis *σάβη* quamlibet vestem indicat: toga igitur eum & anulo adornat, vt ostendat, se eum in gratiam recipere, & in integrum restituere. Pater modo iusti restituit, sine dedecore peccatorum Deo iunguntur: Gloriæ enim magnitudo, omnem retro turpitudinem peccatorum abolet.

Cito inquit proferte, Græca exemplaria variant, alia habent *τῶν*, alia non habent. Syrus non habet.

§. 3. Deniq; fratri seniori peccatorem exculat, & seipse, quod nimis in eum liberalis esse videretur.

VERSVS 13.

At ipse dixit illi, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.

QUESTIO I.

Filii obedientis esse omnia.

§. 1. **S**ecedere, etsi nihil acceperit, non hædum, non vitulum, nihil tamen illi deperisse, illi omnia superesse, si comparit, sibi comparasse. De fratre gaudendū esse, quod gratia illi exhibita nihil primogenito nocet. Indiuisa enim parentis & filii bona erant. Ad laticiam etiam de fratris salute filium exhortatur.

V. 32. *Εὐφρανθήμεν, noster epulemur, proprie, gaudeamus, φαρὶντες εὐφρανθήμεν, noster quasi legeris, φάρμακον ἡ εὐφρανθήμεν.*

QUESTIO II.

An quia mortuus erat, non potuerit gratia cooperari?

§. 1. **P**areus lib. 6. de gratiā & libero arbitrio cap. 5. hoc